

II. MUMERILLS.

Si valli vestigia sequimur a *Bridgeness* et *Borrowstoness* versus occidentem ad *Avon* fluvii ripam tuguria quaedam offenduntur *Inveravon* (aut *Inner Avon*) dicta. Ibi castra fuisse *Roy* suspicatur (p. 162; Stuart p. 361); atque prodierunt certe ibi vestigia viae militaris (Stuart p. 361), castrorum vero et titulorum nulla.

Aequa certa sunt valli viaeque vestigia inter *Polmont* et *Mumerills* vicos prope *Lawiestown* et *Falkirk*, castrorum, quae ibi collocat *Roy* (l. s. s.),

1090 *Mumerills*. Ara rep. a. 1841 near the bridge of Brightons, to the south east of Falkirk. Servabatur at *Polmont*, deinde at *Falkirk*, apud I. Russell, Junr., writer.

H E R C V L I
M A G V S A N
≡ S A C R V M
V A L · N I G R I
5 N V S D V P L I
A L A E T V N
G R O R V M

I. Reddock gent. mag. 16, 1841 p. 78 (cf. E. D. ibid. p. 303); Stuart p. 359 tab. 15 fig. 9 (inde Newton p. 118, 76c; Henzen 5729).

3 x SACRVM traditur.

Herculi Magusan[o] sacrum. Val(erius) Ni-grinus dupli(carius) alae Tungrorum

Alam Tungrorum habuimus supra Gabrosenti (n. 941).

1091 *Mumerills*. Tabula lapidea rep. in the vicinity; longa dig. 18 $\frac{1}{2}$, alta 16. Servatur in museo Edinburgensi (H 144). A. 1834 dono dedisse societati antiquariorum Scoticae fertur Sir Thomas Livingstone (aut Colquhoun a. 1781?).

D I S · M · N I C I O V E L I V S · F .
➤ V I N D I C I S · A N · X x X
S T I P ➤ V I H I I ➤ N A T
I O N I S ➤ B R I G A N I S
5 M I L I T A V I T ➤ I N
C O H · I I ➤ T H R

Descripti. Stuart p. 358 tab. 6 fig. 3 (inde Newton p. 118, 114a).

1 MMSIOEFIVS-FS Stuart; sed elementum quintum M esse non posse visum est. 2 > VINDICIS Stuart. Elementum primum non esse centuriae notam, sed punctum docent puncta formae eiusdem repetita vv. 3. 4. 5. 6; quanquam adsunt etiam puncta forma solita. xxv Stuart. 4 BRIGANS Stuart; sed quod dedi mihi visus sum deprehendere in lapide.

Dis M(anibus). Nic[t]ovelius f(ilius) Vindicis an(norum) XXX stip(endiorum) VIII nat(ionis) Brigantis, militavit in coh(orte) II Thracum

Nationis Brigantis dictum est pro natione Brigans (vel natione Brigante). Cohortem II Thracum reperimus supra in Moresby (cap. XXXII).

III. ROUGH CASTLE,

STATIO PER LINEAM VALLI PRIMA?

A *Rough Castle* versus occidentem m. p. *Anglica* duo plus minus domus sita est *Bantaskin* dicta. Ibi statio fuisse creditur propter loci opportunitatem solam (*Roy* p. 162); vestigia enim ibi nulla unquam detecta sunt (Stuart p. 356).

Certa contra castrorum vestigia prima, si ab orientali valli parte computamus, ea sunt, quae *Rough Castle* nomen hodie quoque servant, sita illa ad rivum dictum *Rowantree* (*Roundtree Roy*) *burn*, a *Castleary*, quae

sunt castra proxima, m. p. *Anglica* 3 $\frac{1}{2}$. Duplia erant, ut vestigia dicuntur demonstrare quae supersunt (cf. Horsley p. 172; *Roy* p. 161; Stuart p. 353). Titulus ibi prodit unus tantum (n. 1092), sed qui probet cohortem VI Nerviorum per aliquod tempus ibi mansisse. Itaque huic fortasse mansioni, utpote ab oriente incipientibus primae, conjectura tribuere licet *Veluniae* nomen a *Ravennate* servatum, ut exposui supra in praefatione ad vallum *Pii* (p. 194).

1092 *Rough Castle*. Ara rep. a. 1843, at the distance of from 200—300 yards to the south of the station, alta dig. 27 $\frac{1}{2}$; litteris rudibus. Servatur Glasgoviae apud Iohannis Buchanani generum (Mr. Holms, in the lobby of his house, 9 Park Circus) DICKS.

V I C T O R I A
COH · VI · NER
VI · OR · VM · C · C ·
FL · BETTO ➤ · LEG
5 XX · V · V ·
V · S · L · L · M

Ectypum misit Dickson, unde descripti. Stuart p. 355 tab. 15 fig. 5 (inde Newton p. 113, 116).

V. 3 litteram ultimam incertam esse adnotat Stuart putatque fuisse P (cui praeest); immo c.c. quod dedi in ectypo planissime legitur; quid significetur ignoro. Puncta ita extant inter syllabas posita. 4 A-BELLO (sive BELIO) Stuart; ut dedi legit etiam Dickson, quanquam F et L prope accidunt ad formam A litterae.

Victoria[e] coh(ors) VI Nerviorum c...c.... Fl(avius) Betto? o(centurio) leg(ionis) XX V(aleriae) v(ictoris) v(otum) s(olvit) l(ibens) l(aetus) m(erito)
Cohortem VI Nerviorum habuimus supra in *Brough* (cap. XXIV) et *Aesiae* (cap. L). Betto barbare scriptum esse potest pro *Vetto*.

IV. CASTLECARY,
STATIO PER LINEAM VALLI SECUNDIA?

In colle ad rivum *Redburn*, qui *Castleary* dicitur et viae ferreae ab Edinburgo ad Glasgoviam ductae proxime adiacet, castrorum in linea valli proxime ab *Rough Castle*, ut dixi, sitorum certa et conspicua supersunt vestigia (Horsley p. 170; *Roy* p. 159 s.; Goughs Camden 4 p. 102;

Stuart p. 343 ss.), quae inter maxima totius valli castra illa numeranda esse demonstrant. Conveniunt tituli ibi reperti qui praeter milites legionum trium Britannicarum (n. 1093—1096. 1100) duas minimum ibi degisse cohortes probant, I *Vardulorum* et I *Tungrorum*, quarum haec in ipso